



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 7. Cessio Cypri in favorem Sabaudiaë Ducis facta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ejusdem consobrinum sicaria manu trucidari jubet; Jacobi vero filiam sex annorum puellam Ferdinandi Filio despondet, eique Principis Galilæi titulum tribuit, pro more Cyprorum, qui cum eorum Principem Regni Hierosolymitani Regem fuisse crederent, Cypriæ coronæ hæredem nomine Galilæi Principis honorabant. Post hæc ambo hi conjurati occupatis urbibus, cunctisque munitissimis Insulæ arcibus, totum Regni imperium sibi arrogabant; Catharinam vero Reginam compellere nitebantur, ut ad Venetos perscriberet, quod sibi pleno cum filio suo disponendi libertas comperet; ejus vero Patruus nonnisi ob immodicam ambitionem suam, sordidamque avaritiam a militibus cæsus fuisset. Verum Regina nefario horum consilio non aquiescebat.

§. VII.

Cessio Cypri in favorem Sabaudicæ Ducis facta.

Carolina legitima Cypri Regina, cum omni spe recuperandi regni sese dejectam cerneret, coram summo Pontifice, atque Cardinalibus solemniter omne jus ad Regnum suum transtulit in Amadæum IX. Sabaudicæ Ducem Ludovici sui Mariti fratrem: ipsa vero reliquos

Ff 5

vitæ

Secul. XV.
A. C. 1473.

Sæcul. XV. vitæ suæ dies Romæ transigere statuit,
A.C. 1473. cui summus Pontifex ad honestam vitæ
En Sylv. suæ sustentationem pro conditionis suæ
Asia cap. 97. ratione annuam assignavit pensionem.
Et comment. Ibidem die decima sexta Julii Anno Do-
lib. 7. mini millesimo quadringentesimo octo-
 gesimo septimo rebus humanis erepta, in
 Ecclesia S. Petri sepulta fuit.

§. VIII.

*Toletanum & Madritense Concilia in
Hispania.*

Marian. hist. In Hispania adeo propudiosa literarum
Hisp. lib. 23. ignorantia Sacerdotes tenebat, ut æ-
cap. 18. gre paucos, qui latinam calerent linguam,
Et 19. invenire esset. Frequentius ventris,
Conc. tom. gulæque vitiis inserviebant; ferme pu-
XIII. p. 1449 blica inter eos erat concubinatus turpi-
 tudo, & arma deferre, & militiam age-
 re, levissima eorum erant piacula; ven-
 dere ac emere beneficia, quod olim simo-
 nia, tunc passim industria censebatur, nec
 propterea eorum animos latentis mali
 suspicio discruciabatur. (*) Cum vero
 Cardinalis Borgia Pontificis Legatus ad-
 hucdum

(*) Notandum, hæc nec de toto Regno, nec
 de omnibus Hispaniæ Sacerdotibus intelligenda;
 potissimam enim eorum partem eo tempore do-
 ctina ac pietate floruisse, Scriptorum manu-
 menta, & fasti Sanctorum testantur.